

Interea , eximie PRINCEPS , quam ab ipsis Gallis Literarum cultoribus huma-
nitatis & indulgentiae mensuram spero , a Te potissimum expesto , quando Operi
huic meo datum est , praeclarissimo Nomine tuo ornari , tuaeque Celsitudini di-
catum prodire . Jam didicit Gallia , Te non solum in pertractandis Politicis ne-
gotiis industria & sagacitate excellere , sed etiam inter Scientiarum & Artium
meliorum sectatores posse cum laude versari . Tuum proinde patrocinium implo-
ro , Tibique omnia e Caelo fausta precatus , singulari veneratione me ac omnia
mea Tibi commendabo .

SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPALIA
CELSITUDINIS TUAE

LEGA TOT

CELSITUDINIS TUAE

Mutinae IV. Kal. Martias MDCCXL.

A
Humillimus, Obsequientissimus, ac perpetuus famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.